

cati injustitiam, ea utique in discrimen revocari posse minime videbatur, inspecto instrumento erectionis controversiæ Capellanæ, in quo clausula *constituti* favore ipsius Rectoris explicite apposta legebatur; cum autem nec legalitas dicti instrumenti, minusque qualitas moderni Capellani in Joanne Paulo Sacchio impugnari valeret, consequens erat, mantentionem in possessione bonorum pro dote ipsius Capellanæ assignatorum Julio Cæsari omnino injuste in dicta sententia concessam fuisse, vigore præfatæ clausulæ *constituti* memorato Sacchio in possessione Capellanæ actualiter existentem ad formam prioris sententiæ A. C. eadem mantentio debebatur. (d)

5. Nec ad se diutius confovendum in retentione præfatorum bonorum quidquam prodesse poterat reo convento de illegalitate instrumenti dictæ erectionis excipere, & sub obtentu, quod in Archivio Civitatis S. Angeli in Vado non fuerit repertum; eoque minus asserere, quod recensitæ Capellanæ fundatio nequaquam sustineatur, ex quo præventivè dd. Angelus, & Franciscus aliud Beneficium sub denominatione Prioratus, & cum reservatione Jurispatronatus favore ejusdem Andrea Falaschi, ejusque familia super eisdem bonis instituerint, nec exinde ad novam Capellanæ erectionem ullatenus devenire valuerint. (e)

6. Respectu enim prioris objecti partis occurrebatur responso, quod, cum d. instrumentum in Terra Mercatelli juxta Notarii rogatum fuerit extensum, in Archivio prædicti Loci illius exemplar aservari censendum erat, nec ex ipsius perquisitione in alio diverso Archivio S. Angeli in Vado, ulla legitima trahi poterat consequentia negativam illius existentiam evincens, maxime vero, quia d. Sacchius à die propriæ institutionis Missarum celebrationi in d. secunda erectione injunctæ ad hæc usque tempora satisfecit, eandemque Ordinarius occasione visitationis d. Capellanæ solemniter approbavit, quæ quidem tum Rectoris, tum Ordinarii observantia veritatem de instrumentis optime comprobabat, & contrariam quancunque exceptionem penitus excludebat. (f)

7. Altera verò ejusdem objecti pars, præter enunciatam observantiam recessum à priori

actu suapte natura præ se ferentem, submovebatur ulterius, tum ex eo, quod, cum ante posteriorem Capellanæ fundationem antecedens asserita Prioratus erectio, & præsertim, quoad reservationem dicti Jurispatronatus ex sententia Curie Episcopalis Urbanien. penitus è medio sublata fuerit, iidem Angelus, & Franciscus, cessante quolibet alieno præjudicio ad novam Capellanæ fundationem devenire minime prohibeantur; (g) 8. tum etiam, ex eo quod, cum reus conventus, sive antecedens Prioratus, sive subsequens Capellanæ erectio attendenda esset, eorumdem bona dotalia favore Rectoris dimittere teneretur, exceptio nullitatis hujus secundæ dispositionis per D. Julium Cæsarem ab Andrea Falasco asserito Prioratus Patrono causam non habentem, tanquam de jure tertii, nec sibi unquam profutura, allegari non poterat. (h)

9. Nullumque demum efficax præsidium ab eodem reo convento constitui valebat in retentione bonorum Capellanæ assignatorum, tum vigore fideicommissi à Comite Frederico Ubaldino anno MDLIV. ordinati, tum titulo jurium dotalium Oriatiæ ipsius matris, tum denique ex causa reintegrationis Comitatus Castilionis ad ipsum spectantis, & à d. Angelo patre, & altero ex Capellanæ institutoribus alienati; nam, præterquam quod omnes prædicti tituli insubstantes deprehendebantur, dum respectu fideicommissi D. Friderici, nec illius existentia, ac purificatio favore ipsius Julii Cæsaris, nec pertinentia controversorum bonorum ad testatorem tempore obitus nullatenus probabatur, sine quorum extremorum verificatione frustra allegabatur retentio. (i)

10. Respectu vero jurium dotalium Oriatiæ matris, cum hæc vigore ipsius testamentariæ dispositionis ad Franciscum filiam, & respectivè forem alteram pariter Capellanæ fundatricem autoritate Prætoris Mercatelli, & cum expresso assensu Julii Cæsaris fratris pro rata sc. 800. devenerint, nulla amplius ipsi competere poterat ex hac causa retentio; eademque demum incasum deducebatur ratione reintegrationis Comitatus Castilionis, ad cujus distractionem ipsem reus conventus una cum Angelo patre, & authore processerat, & quam

quam tam ex proprio factò, quam ob qualitatem hereditariam dicti Angeli servare omnimode teacebatur. (j)

11. Urgebat ulterius animadversio, quod cum examen prædictorum trium titularum pro asserita retentione obtinenda allegatorum altiorum indaginem postulare, hujusmodi exceptionis discussio, tanquam turbida & involuta, rejicienda erat ad suum congruum iudicium, nec mantentionem in præsentì summariissimo possessore Joanni Paulo Capellano debitam retardare valebat. (k)

Et ita unica, &c.

R. P. D. CORIO.

LEODIEN. NULLITATIS MATRIMONII.

Veneris 2. Maii 1732.

ARGUMENTUM.

Sententia lata in gradu appellationis sine citatione ad sententiam, & in eodem Tribunali, in quo lata fuerat prima, nulla est. Matrimonium contractum coram Capellano, qui neutrius ex sponsis Parochus erat, nullum est, & alia.

SUMMARIUM.

1. *Locum facit restitutioni in integrum.*
2. *Nulla est sententia lata super validitate matrimonii in sequelam transactionis contractæ pro consulendo honori conjugis, & filiorum.*
3. *Idem dic de sententia lata sine citatione ad sententiam.*
4. *De sententia lata in gradu appellationis ab eadem Curia, unde prima emanavit.*
5. *Matrimonium nullum est, si contrahatur coram Capellano, qui non est Parochus alterutrius ex sponsis.*
6. *Capellanus Militum, & Fortalitii assistere non potest matrimonii, nisi habita specialia concessione à S. Sede, vel expressa licentia ab Ordinario Suffragante, dumtaxat quoad Milites in actuali expeditione existentes.*
7. *Miles non dicitur, qui inter Milites describit se fecit, ut matrimonium contraheret coram Capellano exercitus.*
8. *Militaris qualitas non probatur ex testibus pendente lite expiscatis.*

9. *Neque ex testibus consanguineis dictam qualitatem alleganti.*

10. *Miles nunquam reputatur ille, qui non reperitur descriptus in matricula, & inter stipendiatos.*

11. *Matrimonium nullum ex successivis actibus non convalidatur, sine novo utriusque conjugis consensu præstato coram proprio Parocho.*

12. *Pro suadenda legitimitate prolis sufficit matrimonium putativum.*

13. *Omissio denuntiationum probat malam fidem, & dolum in conjugibus.*

14. *Et excludit matrimonium putativum.*

DECISIO XVII.

Post declaratam nullitatem matrimonii usque ab anno MDCLXXXVII. clandestine contracti inter Annam Catharinam de Grumont, & Carolum Oggerum de Cassal coram Capellano Fortalitii Leodien. per sententiam ad instantiam ejusdem Caroli Oggeri latam anno MDCLXXXIX. à Vicario Generali Leodii, & jam dudum in iudicatum transactam, Martinus Carolus Franciscus Cassal ex dicto conjugio ortus petiit anno MDCCIX. coram Scabinis Leodien. ad judicationem bonorum ad prædefuncti Caroli hereditatem spectant. oppositaque illegitimitate natalium, se prius retrinxit ad petitionem alimentorum, & deinde convolans ad Officium Curie Episcopalis Leodien. Judicem Ecclesiasticum, instruit eoram eo declarari matrimonium validum, sed data ex parte Cæcilie De Pretz matris d. defuncti Caroli exceptione præcedentis rei iudicatae præpedientis, amplius reasum ex integro posse merita causæ, deventum tandem exitit ad instaurationem concordie, quæ die XXIII. Sept. MDCCX. ad actum redacta fuit, in qua sub promissione sibi facta annui redditus florenorum 500. & aliorum florenorum 2300. pro unica vice, idem Martinus amplissimè renuntiavit quibuscumque exceptionibus, juribus, & privilegiis: quibus stantibus eadem Cæcilia consulendo honori ejusdem Martini, sese expressit eundem recognoscere pro filio legitimo dicti Caroli Oggeri, salvaque semper transactione, non obliturum, quod talis etiam declararetur à Judice per sententiam, prout de facto in hujus facultatis sequelam idem Martinus die XXVII. subsequents mensis Octobris, nemine citato aut contradicente, sententiam super validitate dicti matrimonii, &

(d) Ad text. in leg. *Quod meo* in princ. ff. de *Acquir. posses.* Tiraquel. de *Constit. limit.* 1. n. 23. Mart. de *Clauſ. Part.* 2. claus. 20. n. 4. Ridolphin. in *Prax.* Part. 2. cap. 12. n. 202. Adden. ad Gregor. decif. 437. n. 6. & Rot. cor. Buratt. decif. 887. n. 3.

(e) Ex deductis per Rot. in *Aſten. Prioratus* super *pertinentia* 11. Jun. 1708. §. *Sed ex factis*, & seq. cor. bon. mem. Lancetta.

(f) Ad tradita per Rot. in *Melevitana Bajulvatus* 11.

Mart. 1718. §. fin. cor. Rev. Crispo.

(g) Ex regula text. in leg. *Ejus, qui in Provincia*, ff. Si *cert. petat.* de qua Rot. in recent. decif. 86. n. 24. part. 16. & decif. 22. n. 4. part. 18.

(h) Ex animadversis per Card. de Luc. de *Alien. disc.* 37. n. 5. & Rot. in recent. decif. 224. n. 9. part. 14. decif. 397. n. 13. part. 17. & decif. 248. n. 12. & 13. part. 18.

(i) Ut dixit Rot. cor. Cerr. decif. 949. n. 1. & in recent. decif. 630. n. 2. part. 18. & decif. 550. n. 1. part. 19.

(j) Ad text. in leg. *Cum à matre*, Cod. de *Rei vindic.* & Rot. in recent. decif. 83. num. 14. part. 16. & decif. 55. n. 16. part. 18.

(k) Juxta dispositionem text. in leg. fin. God. *Quor. nor.* quem sequitur Ridolphin. in *Prax.* Part. 2. cap. 12. n. 246. & Rot. in recent. decif. 403. n. 12. part. 18.

legimitate natalium ab Officiali Leodien. reportavit.

Servata per quadriennium præfata transactione, cum ex post sibi blandiens d. Martinus eam, uti læviam, impugnare, innixus legitimitati natalium per dictam sententiam Officialis Leodien. constabilitate iudicium moverit coram dictis Scabinis Leodien. super transactionis rescissione *ex capite læsionis*, oportuit idcirco Josepho Remigio, alitque de Cassal reis conventis, atreata dependentia ass. rescissionis ex capite læsionis à puncto validitatis matrimonii, & respectivè legitimitatis natalium, dispositionem huiusmodi reassumere coram d. Officiali Leodien. Iudice Ecclesiastico, petendo coram eo restitutionem in integrum adversus dictam contumaciam sententiam anni MDCCX. & licet idem censuerit non esse locum reassumptioni causæ matrimonialis, atque id ipsum in parte confirmaverit Rev. Nuntius Colonien. qui simul pronuntiavit standum esse transactioni adhuc devoluta appellatione ad S. Sedem, ejusque cognitione delegata per Signaturam Justitiæ nostro Auditorio cum clausula: *De causis restitutionis in integrum à sententia Officialis Leodien. anni MDCCX. consuetum proinde dubium hodie DD. meis exhibui, an constet de causis restitutionis in integrum, qui responderunt, affirmativè.*

1. Lætio enim locum faciens in integrum restitutioni, (a) ex eo satis resurgere visa est, 2. quod, quidquid sit de validitate dictæ sententiæ Officialis Leodien. de qua plurimum dubitari valuisset, utpote quia fuerit nedum ex condito, & in sequelam transactionis pro consulendo tantum honori Martini procurata, & lata; (b) 3. sed etiam sine citatione ad sententiam, 4. & in eadem Curia Episcopali, in qua

(a) Juxta text. in leg. 4. §. *Condemnatum*, ff. de Re judic. cum alius in Romana, seu Sabinen. *Affilius* 31. Jan. 1727. §. *Cum enim*, & 15. Jan. 1729. §. *Denuo*, cor. Rev. Cordub. en.

(b) Juxta animadverba per Scacc. de Sent. & re judic. gloss. 14. quæst. 12. n. 123. Rot. decil. 1200. n. 4. cor. Seraphia. decil. 264. n. 18. part. 14. recent. & in Aven. *Conventus super reservatis* 23. Jun. 1713. §. *Parum refragante*, cor. bon. mem. Ansfald.

(c) Per ea quæ in terminis primæ propositionis per text. in leg. 1. §. *Item cum ex edito*, ff. *Quæ sent. in appell. res. end.* moment. Uberr. de Citat. cap. 6. n. 78. Card. de Luc. de Judic. disc. 34. n. 18. Rot. decil. 316. n. 2. cor. Celso, decil. 465. num. 1. cor. Card. Caprar. & decil. 279. n. 25. & seqq. part. 12. recent. & in terminis secundæ Rot. decil. 39. n. 1. cor. Benicaf. decil. 142. n. 16. part. 16. decil. 613. n. 12. part. 18. Rec. & in *Alculana Dotis* 14. Jun. 1709. §. *Neq. fidsi*, cor. clar. mem. Card. Priol.

(d) Juxta præscripte. Sac. Conc. Trident. Sess. 24. de Reform. matrim. cap. 1. ut contentantæ, & communiter mor. Tondut. Resol. Benef. Part. 1. resol. 120. num. 18.

anno MDCLXXXIX. prodierat sententia super nullitate matrimonii *in judicatum* transacta. (e)

5. Certo certius in his etiam post Signaturæ rescriptum otiosius non immorando, ejusdem sententiæ Officialis Leodien. injuria uberrime emicuit, ex eo quod dum constat controversum matrimonium fuisse initum coram Capellano, seu Parocho Fortalitii Leodien. qui neutrius ex sponis Parochus erat, de ejus nullitate dubitari non poterat. (d)

6. Non attento, quod dictus Carolus Oggerus fuerit usque à die XXI. Martii MDCLXXXVII. inter milites Civitatis Leodien. cooptatus, prout resultare dicebatur ex attestationse D. Colson secundi Locumtenentis usque tunc edita, & ex altera aliquorum testium ex nunc adductorum, ideoque pro celebratione matrimonii rite subjiceretur Capellano, seu Parocho Fortalitii: omiſſa enim indagine, an d. Capellanus militum, seu Parochus Fortalitii sufficienti polleret facultate assistendi controverso matrimonio, pro qua requiri, vel specialem concessionem à S. Sede, vel expressam licentiam ab Ordinario, efficacem dumtaxat quoad milites in actuali expeditione existentem regulariter censuit S. Congregatio Concilii. (e)

7. Objectum cessabat ex facto, dum nequaquam probata dici valuit ass. qualitas militaris in dicto Carolo Oggero, qui erat actu Canonicus Collegiatae Huenſis, & suasionibus, & blanditiis Annæ viduæ fuit tractus Leodium, ut sub ficta specie militis matrimonium coram Parocho Fortalitii contraheret ad evitandum veri, & proprii Parochi interessentiam, quod directè præ se ferens elusionem Conciliaris dispositionis, apertam matrimonii nullitatem inducit. (f)

Et

Corrad. in Prax. dispen. lib. 8. cap. 3. num. 21. Rot. decil. 305. n. 29. part. 15. decil. 250. n. 27. part. 26. decil. 75. n. 13. part. 17. recent. decil. 39. n. 12. cor. bon. mem. Herr. & in Neapolitan. *Matrimonii* 22. Jun. 1705. §. *Habemas*, cor. clar. mem. Card. Priol. & in Romana *Matrimonii* 3. Jul. 1719. §. *Et sane*, & 11. Dec. ejusdem anni. §. *Dum enim*, cor. me. & 2. Decem. 1720. §. *Certius*, & 7. Mart. 1721. §. *Validitas*, cor. R. P. D. meo Ganach.

(e) Juxta plures resolutiones relatas apud P. Schiar in Addit. ad Theologiam Bellic. cap. 6. §. 1. n. 13. & seqq. Anacle. in Jus Canon. tom. 4. tit. 3. de *Clandest. despos.* §. 2. n. 96. & seqq. Ursaya Disc. Eccles. tom. 2. Part. 1. disc. 14. n. 52. & n. 70. & seqq. & apud Emin. Card. Petra in Comm. ad Constitut. 12. Innocent. III. sect. 1. sub n. 15. & plur. seqq.

(f) Juxta firmata per Pignarel. Consult. Can. 29. n. 3. & seqq. tom. 5. Rebel. de Oblig. Infit. part. 2. lib. 2. part. 8. n. 6. Barbof. de Offic. & potest. Episcop. part. 2. alleg. 32. sub n. 153. cum aliis in dict. *Romana Matrimonii* 3. Jul. & 11. Dec. 1719. cor. me.

8. Et quidem qualitas militaris dicti Caroli, quæ ex informibus testibus nuper, & pendente lite explicatis nequaquam resurgere valeret, (g) 9. maxime, quia duo ex iis sunt consanguinei dictæ Annæ, atque ex istius confessione rem totam initio composuerunt, atque ideo priori jure rejiciendi sunt, (h) nullo pariter modo probata dici potest ex attestationse tunc edita à D. Colson secundo Locumtenente, quæ ad complacendum dumtaxat Annæ, atque Ruitz, & Jamart ejus consanguineis facta dignoscitur, nedum quia ab eodem fuit postmodum solemniter retractata, sed & validus, quia hoc ipsum aperte suadet omnes circumstantiæ efficaciter deductæ, tum ex eo quod non constet de facultate dicti Colson cooptandi milites absque permissione Supremi Officialis Com. de Linden. ad quem effectum eadem Anna judicialiter asseruit, de Com. de Linden talem dedisse facultatem, quando in obsequium veritatis idem Comit. de Linden aperte declaravit, d. Carolum Oggerum, neque ab ipso, neque de ejus ordine fuisse unquam inter milites adscriptum; tum ex eo quod d. Colson in sua prima attestationse asseruerit, inter milites cooptasse Carolum usque à die XXI. Martii MDCLXXXVII. quando ex opposito nedum constat eundem Carolum usque ad diem celebrati matrimonii incubuisse residentie Canonicali, ac etiam ex post, sed insuper nunquam habitum & insignia militaria gestasse, nullum unquam obtinuisse stipendium, numquamve in matricula, seu cathalo militum fuisse descriptum.

10. In quibus circumstantiis quemadmodum exclusâ remanet ass. qualitas militaris, prout ex sola non descriptione in matricula, & inter stipendios depositum plures Supremi Officiales Regis Christianissimi, & consentane docet Ulpianus; (i) ita & insubsistens de se detegitur prima attestationse d. Colson, merito subinde retracta, atque necessario concludendum est, omnia conficta fuisse ad elusionem

Conciliaris dispositionis.

11. Qua sanè subsistente nullitate matrimonii, quod ex quibuscumque successivis actibus revalidari nequivit sine novo utriusque conjugis consensu coram vero Parocho prælitato; (j) 12. magis obesse nequivit, quod res hodie præcisè non sit de fœdere matrimonii, sed de eo potius queatur ad effectum legitimitatis proli, in quibus terminis satis sit status bonæ fidei respectu alterutrius ex conjugibus, ad hoc ut proles legitima censeatur, quamvis matrimonium ex post nullum declaratur. (k)

13. Bona enim fides, quæ allegabilis non est respectu Caroli scientis, se militie tantum Clericali adscriptum, & servitio tantum Canonicali mancipatum, verificari neque potest respectu Annæ, quæ optime noverat statum Caroli usque ad discessum erga Leodium Canoniciatum in statu Clericali intervensit, simulque agnoverat necessitatem facultatis Supremi Officialis Com. de Linden, pro cooptando Carolo inter milites, dum eadem factâ fuit expeditionem ad eum pridie factam; itaut, si, nulla expectata aut habita licentia à dicto Com. de Linden, eadem Anna cum Carolo ab Oppido Huen Leodium se contulit, ubi coram testibus consanguineis, nullis præmissis denunciationibus, nullaque servata solemnitate, sub emendicata fide, quod jam Carolus fuerit usque à mense Martii inter milites cooptatus, matrimonium contraxit in publica Taberna cum Juvene Canonicali dignitate actualiter insignito, vanum sit allegare bonam fidem, cum omnia conspirent in solam elusionem Conciliaris dispositionis, in quibus terminis sola denuncia-tionem, aliarumque solemnitatem omiſſio, malam fidem, & dolum præ se ferunt: (l) 14. nec locum habere valent ea, quæ dicuntur de matrimonio putativo. (m)

Et ita utraque parte acriter informante decifum fuit.

G R

(g) Juxta passim firmata per Rot. & signanter cor. Coccin. decil. 1176. n. 5. & cor. Emeritx Jun. decil. 40. n. 7. cor. Card. Caprar. decil. 676. n. 10. & cor. Eminent. Falconer. decil. 4. n. 8. tit. de *Locat.*

(h) Ut admetur Rot. decil. 40. n. 8. cor. Ansfald. decil. 44. sub n. 15. tit. de Miscellan. cor. Emin. Falcon. & in Syraculana *Præpositura* 3. Decem. 1731. §. *Nullatenus*, cor. R. P. D. meo Rezzonico.

(i) In leg. *Ex eo tempore* 43. ff. de *Militar. testam.* ibique gloss. verb. *Electi*, cum aliis penes Tull. Crispolit. Caf. Milit. 46. n. 26. & sub n. 31. & seqq.

(j) Ad firmata per Navar. confil. 12. n. 38. confil. 14. n. 1. & 7. tit. de *Sponsal.* vol. 4. Sanchez de Matrim. lib. 2. disp. 35. n. 2. Castro Pal. Oper. Moral. Part. 5. Tract. 28. de Sponsal. & Matrim. disp. 3. punct. 7. §. 2. n. 1.

(k) Juxta text. in cap. *Cum inter* 2. & cap. *Ex tenore* 14. qui filii sunt legit. ubi gloss. & Canonista, Lucidor. de Illegit. cap. 2. num. 2. & seqq. Sanchez de Matrim. lib. 8. disp. 33. n. 46. Rot. post 2. vol. conf. Farinae. decil. 539. n. 3. & seqq. cor. Caval. decil. 10. n. 3. & 5. cor. Caprar. decil. 499. n. 36. & cor. Emin. Falcon. decil. 7. n. 5. & seqq. tit. de *Benef.*

(l) Ex cumulatis penes Barbof. *Vot. Decil.* disp. 2. n. 19. lib. 1. de Justis, de Dispenſ. matrim. lib. 1. cap. 4. n. 249. Capon. Disc. For. 23. sub n. 23. tom. 1.

(m) Ut declarat Jo. Andr. in dict. cap. *Ex tenore* sub n. 5. qui filii sunt legit. Gabriel. Com. Concluf. lib. 6. de Legitimat. concl. 4. n. 17. Gratian. Discept. For. cap. 83. n. 23. Garz. de Benefic. Part. 7. cap. 2. n. 31. Sanchez de Matrim. lib. 3. disp. 42. n. 1.

R.P.D. ROUAULT DE CAMACHES.

AMPURIEN. DECIMARUM SUPER
bono jure.

Veneris 26. Jan. 1731.

ARGUMENTUM.

Episcopus Ampuriensis in sua Diocesi est decimator. Universalis pertinentia Territorii ad hunc effectum probatur ex solo Catastro. Legalis reputatur scriptura extracta citata parte ex Libris, seu Protocolis Capituli.

SUMMARIUM.

- 1 **E**piscopus Ampuriensis est decimator universalis sua Diocesis.
- 2 Pertinentia Territorii ad hunc effectum probatur ex solo Catastro.
- 3 Legalis dicitur scriptura existens in antiquo Protocollo Capituli, & citata parte extracta.
- 4 Prædium contineri in Territorio decimabili, probatur ex fide testium scientia causam reddentium.
- 5 Parochus non habet assistentiam juris decimandi in alieno Territorio.
- 6 Res judicata pacifice observata probat assistentiam juris decimandi.
- 7 Testes contra instrumenta non probant.
- 8 Consuetudo non extenditur de loco ad locum.

DECISIO XVIII.

Dum Antonius Tharax Canonicus Pœnitentiarius Ecclesiæ Cathedralis Ampuriensis prosecutione medietatis decimarum sibi debite ex bonis situatis intra Diocesim Ampuriensem in territoriis *Horria Manna*, & *Horria Piccina* jam jam erat executurus mandatum obtentum ab Ordinario Turritano adversus nonnullos agricolas Oppidi de *Ofilo* dicti Ordinarii subditos, qui seminaverant prædia existentia in prædictis Territoriis, quique ad proprios lares reversi decimarum medietatem eidem Canonico minime persolverant, comparuit in judicio ad impediendam mandati executionem Antonius Franciscus Serra Plebanus præfati Oppidi de *Ofilo* prætendens, quod jus decimandi in enuntiatas Territoria ad se in totum spectaret.

(a) Ad text. in cap. *Quoniam* 8. de *Decimis*, Rot. in Ferraren. *Decimarum* 10. Dec. 1717. §. *Validitas*, cor. bonum. Folcaro.

Hinc discussa causa, Ordinarius Turritanus pronuntiavit sententiam favorabilem Canonico Pœnitentiario, declarans, supradicta Territoria pertinere ad Præbendam sui Canoniciatus, & medietatem decimarum illi persolvendam esse ab agricolis de Oppido *Ofilensi*, quoties isti bona posita in locis de *Horria Manna*, & *Horria Piccina* seminassent, atque insuper condemnans Plebanum de *Ofilo* ad restitutionem decimarum ab eo perceptarum, sed devoluta controversia per viam appellationis ad A. C. supervenit hujus judicatum, in quo unice concessa fuit manutentio favore Plebani, reservatis juribus utriusque partis in pœnititorio.

Interposita vero ab hujusmodi judicato ulteriori appellatione ex parte Canonici, & commissa causa cognitione nostro Sac. Auditorio cum facultate *manutendi quem de jure*, fuerunt de ordine ejusdem Tribunalis à me, cui commissio fuerat directa, subscripta duo dubia, ad hoc ut simul, & semel cognosceretur, cuinam ex litigantibus assisteret bonum jus, & cuinam etiam ex illis danda esset manutentio: quamobrem cum hodie DD. meos super congruis dubiis consuluerim, mihi quoad illud concernens bonum jus ii responderunt *pro informante*, nempe, *constare de bono jure Canonici Antonii*.

1. Ratio autem resolutionis fundabatur in sententia Delegati Apostolici promulgata de anno MDXXXIV. in qua, contradicente Episcopo Ampuriensi in ejus Diocesi originario decimatore universalis, (a) definitum fuerat decimas ex prædiis dictorum Oppidorum de *Horria Manna*, & *Horria Piccina* spectare ad Canonicum Pœnitentiarium: dum enim d. sententia transitum fecerat in rem judicatum, subsequēbatur ad ejus trames præsentem controversiam esse determinandam ex notissimis juris principiis.

2. Et quidem minime attempta exceptione, quod nonnulla Territoria decimatoria, videlicet *Elique*, *Tirriaque*, *Furcaditos*, *Quercos Lados* non comprehenderentur intra fines supradictorum Oppidorum: eo quia, tum ex prædicta sententia, tum ex relatione Officialium Regis facta usque de anno MDCLXII. tum denique ex Catastro Capituli satis superque convincebatur, controversia Territoria contineri intra fines mox enuntiatos, quando cæteroque pro hujusmodi effectu etiam solum Catastrum attendi potest. (b)

Quæ

(b) Ex firmatis à Rota in Auriens. *Beneficij* de Serboii super *fructibus* 7. Febr. 1729. §. *Gradum profectio*, cor. R. P. D. meo Crescentio.

3. Quæ magis procedere dicebant DD. ex quo prædicta documenta exhibita, & citata parte compullata non credebatur subjacere posse defectui illegalitatis, stante quod constabat de eorundem præexistencia in Protocolis antiquis ac bene ordinatis, nec non sub diligenti custodia Capituli asservatis, in quibus circumstantiis scripturæ vitio illegalitatis minus recte notabatur: (c) potissimum advertendo, quod prædicta Territoria cadentia sub jure decimandi probabantur contenta intra fines de *Horria Manna*, & *Horria Piccina* ex depositione quoque decem & octo testium optimam causam eorum scientia exponentium, quia nempe aliqui fuerant Collectores decimarum, & aliqui, vel utiles domini fundorum, vel illorum agricolæ, ut propterea omnibus simul junctis convinceret super hac re intervenire plenissimam probationem. (d)

5. Constabilita itaque pertinentia decimarum favore Canonici, inanis dignoscitur præsentio juris assistentiæ, quam pro se habere asserbat Plebanus de *Ofilo*, quoniam, si non erat hæc Plebania in Diocesi Ampuriensi, & quæstio non versabatur super medietate decimarum intra limites ejusdem Plebanie percipiendarum, profecto dijudicabatur juris assistentiam haud esse allegabilem à Plebano: (e) sed è converso bene quidem illam militare pro Canonico Pœnitentiario ex vi antiquissimæ rei dijudicate, ipsum legitimum possessorem decimarum canonizantis. (f)

Quin prædictis obstare posse crederetur quædam sententia lata favore Plebani de anno MDCCX. citato solo promotore Fisco Curie Ampuriens. in qua eidem Plebano concedebatur manutentio in exactione decimarum à Territorio de *Quercos Lados* posito intra fines supradictorum Oppidorum: siquidem advertebant DD. quod in hujusmodi sententia non fuerat auditus Canonicus Pœnitentiarius, & in ea unice actum fuerat in possessore cum Episcopo, qui ex præcitato judicato anni MDXXXIV. nullum jus habebat super perceptione decimarum ex Territoriis de *Horria Manna*, & de *Horria Piccina*: ultraquamquod valde dubitabatur, an illa quæstio caderet super decimis prædialibus, de quibus modo erat controversia, cum potius videretur tunc Episcopum, uti decimatorem universalem, egisse de solis decimis personalibus, alias nimis exor-

bitans fuisset præsentio Episcopi per rem judicaram exclusi à consecutione decimarum prædialium.

7. Neque pariter habendam esse rationem dicebatur de testibus à Plebano adductis, quia præterquamquod ii confundebant decimas personales cum prædialibus, non solum ex eorum dictis resultabat contrarietas publicis & antiquis documentis, (g) verum etiam colligebatur, depositiones fuisse præcogitatas, quod facile in personis idiotis, ac rusticis contingere poterat, signanter, quoties omnes testes erant de Parochia ipsius Plebani, & illorum attestatio secum ferens ampliationem proprii Territorii tendebat ad eorum commodum, quo casu testes nullum gradum probationis constituere ex vulgatis regulis, cuicumque innotesceret.

8. Sed bonum jus Canonici, quoad medietatem exactionis decimarum prædialium ex Territoriis supra enuntiatis, putabatur à PP. Suffragantibus mirifice confirmari ab observantia, de qua plures testes, tanquam decimarum Collectores, & alii, uti domini prædiorum testimonium præbebant de facto proprio per longissimi temporis spatium triginta vel quadraginta annorum, immo ulterius iidem quoque affirmabant de auditu ab antiquissimo tempore; quam sane consuetudinem, concludebatur, insuper in nihilo debilitari posse ab altera consuetudine à Plebano allegata, dum ista consuetudo, ubi etiam illa subsisteret, respiciebat Parochos diversæ Diocesis Turritanæ, & sic nequibat extendi ad loca Diocesis Ampuriensis. (h)

Fortius, quia licet duo, vel tres ex testibus Plebani deponerent de simili consuetudine in Territoriis de *Horria Manna*, & *Horria Piccina*, vis istorum testium statim tollebatur, tum ex supra deductis §. *Nec pariter*, tum ex eo, quod Joannes Franciscus Lugnia Canonicus Turritanus, & prius Plebanus de *Ofilo*, unus ex testibus adductis à moderno Plebano, testabatur, Parochum de *Ofilo* non exigere medietatem ad *Ofilensibus* colentibus agros in Diocesi Ampuriensi, sed eas exigere ab agricolis Diocesis Ampuriens. qui colebant prædia Territorii de *Ofilo*; dum hinc sequebatur, neque ipsum Plebanum conqueri posse, si vice versa *Ofilenses*, qui colebant prædia in Territoriis de *Horria Manna*, & *Horria Piccina*

G 2

po-

(c) Rot. in Vicens. *Parochialis*, de Aqualata 1. Jul. 1712. §. *Preparam*, cor. Rev. Crispo.

(d) Rot. cor. Ansaldo. decif. 78. n. 7.

(e) Juxta firmata à Rot. decif. 402. n. 5. cor. Burratt. & decif. 361. n. 4. Part. 1. recent.

(f) Rot. cor. Duran. decif. 215. n. 5. & cor. Seraphin. decif. 18. n. 3. & cor. Ludovif. decif. 249. n. 2.

(g) Rota decif. 123. n. 43. post Constant. ad Stat. Urb.

(h) Card. de Luc. de Benef. disc. 30. num. 12. Rot. decif. 217. n. 18. part. 17. recent.

positis in Diocesi Ampuriens. tenebantur præf-
tare medietatem decimarum Canonico An-
tonio Pœnitentiario, qui ex re iudicata, juncta
illius continuata observantia, competeat jus
percipiendi medietatem decimarum prædiali-
um ex omnibus Territoriis situatis intra fi-
nes prædictorum prædiorum.

Et ita Antonio tantum informante, &
Plebano sæpius vocato ad iura sua deducen-
da non comparente, resolutum fuit.

R. P. D. REZONICO.

E A D E M.

Veneris 8. Maii 1733.

A R G U M E N T U M.

Habetur in præcedenti Decisione, quæ con-
firmatur.

S U M M A R I U M.

- 1 **R**es iudicata pro veritate habetur.
- 2 **E**piscopus Ampuriensis est decimator sue Diocesis.
- 3 **R**es iudicata probat pertinentiam juris decimandi.
- 4 **P**arochus non habet jus decimandi extra proprium Territorium.
- 5 **N**ec declinare valet jus decimandi per rem iudicatam alteri quaesitum.
- 6 **P**ertinentiam territorialem probat sententia per iudicem delegatum, citata parte, extracta ab Archivo Capituli.
- 7 **P**ræsertim, si agatur de sententia antiqua, & observata.
- 8 **F**ortius, junctis aliis sententiis, quamvis latis à iudicibus Laicis.
- 9 **E**t tenore Catalogi asservati in Archivo Capituli.
- 10 **P**robationes prædictæ simul junctæ probant, prædium controversum contineri intra fines Territorii decimabilis.
- 11 **P**rædia terminata præsumuntur de iisdem pertinentiis.
- 12 **E**tiam si ab incolis diverse Diocesis possideantur.
- 13 **C**onsectudo non suffragatur, nisi probeatur in casu particulari.
- 14 **D**ecima personales debentur Ecclesie, in qua quis recipit Sacramenta.
- 15 **C**onsectudo circa decimas personales non

(a) Leg. Res iudicata, ff. de Reg. Jur. Rot. in Cracovien. Plebania 11. Jun. 1717. §. Nec è suspens. cor. bon. mem.

afficit prædiales ex antiquissima observantia, & claris titulis alteri debitas.

16 **T**estes contra instrumenta non probant.

D E C I S I O X I X.

In contumaciam Francisci Seræ Plebani Oppidi Osili Diocesis Turritana, sub die XXVI. Jan. MDCCXXXI. resolutum fuerat, constare de bono jure Antonii Taras Canonici Pœnitentiarum Ecclesiæ Cathedralis Ampuriensis, pro consecutione mediatis decimarum ex bonis litis in territorio de *Horria Manna*, & *Horria Piccina* positis in Diocesi Ampuriensi, rejectis præsentionibus dicti Plebani Osiliensis juxta Decisionem dictæ die, & anno editam cor. bon. mem. R. P. D. de Gamaches, immatura morte nuper è vivis erepto; subrogatus autem in hac causa dicto Emeritissimo Collegæ ad instantiam dicti Canonici Pœnitentiarum, proposui in hodierna Audientia dubium: *An sit standum, vel recedendum à decisis*, responsumque habui in *decisis*.

Pro exactione liquidem controversarum decimarum super bonis existentibus in dictis territoriis, intentio præfati Antonii Canonici Pœnitentiarum plenissime fundari denuo visa fuit ex antiqua sententia contradicente Episcopo Ampuriensi emanata de anno MDXXXIV. juxta quam declaratum fuit, jus exigendi decimas in dd. Territoriis de *Horria Manna*, & *Horria Piccina* competere Canonico Pœnitentiario Ampuriens.

I. Cum enim ex hac solemnī definitione certissime emergat, quod controversum jus exigendi decimas sit annexum Præbendæ Pœnitentiariæ per dictum Canonicum possessæ, & eadem super Territoriis existentibus in Diocesi Ampuriensi, utique rejecto Episcopo super decimis suæ Diocesis citra dubitationem legitimo contradicente, quoad jus exigendi controversas decimas, sublata dici debet quælibet controversia, cum dicta sententia jam à binis sæculis in iudicatum transacta faciat statum contra alios idem jus sic canonizatum impugnant prætendentes, & pro ipsa veritate haberi debeat. (a)

2. Maxime, quia huic antiquæ sententiæ robur addit diutissima observantia, juxta quam constat, decimas à controversis Territoriis fuisse semper præceptas à Canonicis Pœnitentiariis Ecclesiæ Cathedralis Ampuriensis, & fuisse habitas, uti translatas in dotem Præbendæ ejusdem Canonici Pœnitentiarum: posita qui-

quippè executione dictæ antiquæ sententiæ à dicto anno MDXXXIV. ab omnibus semper observata, & quidem sciente & patiente Episcopo, qui ex juris dispositione jus originarie poterat allegare super controversis decimis, tanquam universalis decimator, (b) 3. certius urget vinculum rei iudicatæ, nec non ratio canonizandi boni juris favore Canonici Pœnitentiarum; (c) rejecta quælibet juris assistentia sui favore excitata per dictum Plebanum de Osilo.

4. Cum enim præfens quæstio verificari non potuerit super medietate decimarum percipiendarum intra limites dictæ Plebanie non existentis in Diocesi Ampuriensi, utique favore dicti Plebani nulla erat allegabilis juris assistentia; (d) 5. & sic, nullatenus declinari poterat à jure favore Canonici Pœnitentiarum per rem iudicatam constabito. (e)

6. Abique eo quod attendi promeruerint exceptiones ad impetrandam novam audientiam promotæ; siue quia dicta sententia non sit in forma probanti, siue quia destituta sit actis judicialibus, sub quibus emanavit: constitit enim, dictam sententiam una cum aliis iuribus fuisse judicialiter extractam ab Archivo Capituli Ampuriensis per Iudicem à Vicario Generali Turritano delegatum, qui etiam specificè reulit super legalitate Librorum, & Scripturarum, unde in his terminis nullatenus erat audienda exceptio assertæ illegalitatis. (f) 7. Cumque res sit de sententia duobus ab hinc sæculis edita, & per hoc tempus semper observata, citra difficultatem plenam constituit probationem, etiam sine actorum exhibitione. (g)

8. Minusque attendi promeruit, quod tenementa nuncupata *Elique*, *Tirriague*, *Furcaditos*, *Queros Ledos*, aliaque, super quibus

cadit controversum jus exigendi decimas vere non contineantur intra fines de *Horria Manna*, & *Piccina*; etenim ultra litteram præfata sententiæ anni MDXXXIV. non obscure enuntiantis extensionem tenementorum, juxta quam Canonico Pœnitentiario debita erat portio fructuum, concurrunt etiam relatio, siue sententia per Regios Officiales edita de anno MDLXII. super recognitione confinium, & specifica subiectione tenementorum controversorum intra limites Præbendæ Pœnitentiariæ, quam hodie tuetur Canonicus Taras, posthabitis præsentionibus eo tempore excitatis per incolas Oppidorum *Nului*, & *Claramontis* impugnantis, quod eorum prædia sita reperirentur in dictis Territoriis, quæ sententia, siue relatio in linea facti, & probationis maxime venit attendenda. (h)

9. Et rursum ultra depositiones testium de propria scientia deponentium, & ultra observantiam exactionis, concurrunt Catalogum asservatum in Archivo Capituli dictæ Ecclesiæ Cathedralis Ampuriens. ubi inter cæteras Præbendas legitur illa Pœnitentiaria cum assignatione decimarum super controversis tenementis, quod pariter non leve præbet veritatis testimonium: (i) 10. simulque junctæ hæc documenta citra dubium plenam constituunt probationem, quod controversa tenementa contineantur intra fines Territorii decimabilis. (j)

11. Qua stante situatione, & respectiva comprehensione intra limites tenementorum decimabilium de *Horria Manna*, & *Horria Piccina*, patens redditur, controversa etiam Territoria esse obnoxia solutioni decimarum favore dicti Canonici Pœnitentiarum tuentis iura suæ Præbendæ Ampuriensis, cum præsumantur ejusdem naturæ, & qualitatis: (k) 12. etiam-

(b) Juxta text. in cap. *Cum contingat*, cap. *Cum in tua*, & cap. *Quantum*, de Decim.

(c) Ad firmata per Rot. cor. Seraph. decif. 334. n. 1. coram Peuting. decif. 50. n. 19. in recent. decif. 11. n. 4. part. 10. decif. 104. n. 4. part. 19. & in Thelesina Congrua 18. Jun. 1731. §. *Quandoquidem*, & §. *Et in his*, coram me.

(d) Ad text. in cap. *Cum sint* 18. de Decim. Fagnan. in cap. *Contingat*, n. 2. & 3. cod. tit. Rot. cor. Seraphin. decif. 802. n. 5. decif. 1404. n. 3. cor. Burat. decif. 402. n. 5. in recent. decif. 261. n. 4. Part. 1.

(e) Rot. cor. Duran. decif. 215. n. 5. cor. Seraphin. decif. 18. n. 3. cor. Ludovil. decif. 249. n. 2. & probat decisio, quæ confirmatur 26. Jan. 1731. §. *Constabilita*, coram bon. mem. de Gamaches.

(f) Ut firmat Rot. cor. Cerro decif. 26. n. 20. & seq. decif. 131. n. 40. cum tribus seqq. & decif. 116. n. 8.

(g) Ut docet eadem Rot. cor. Cerro. decif. 836. n. 7. coram Gregor. decif. 531. n. 8. cor. bon. mem. Molin. decif. 451. n. 11. & seq. & in recent. decif. 353. n. 69. Part. 5.

(h) Ex firmatis per Rot. cor. Emerit Jun. decif. 1195. n. 3. decif. 1271. n. 3. in Avenionens. *Manutentionis* super prædio della Garuffa 28. Februar. 1708. §. *Parum*, cor. clar. mem. Card. Scotto, & in Auriens. *Beneficii* de Serboj super *Fructibus* 7. Februar. 1729. §. *Venias*, cor. R. P. D. meo Crescentio.

(i) Ad firmata per Rot. in dict. *Auriens. Beneficii* de Serboj super *Fructibus* 7. Februar. 1729. §. *Gradum*, cor. R. P. D. Crescentio, & in Civitatis Plebis *Decimarum* 9. Febr. 1722. §. *Puisime*, cor. bon. mem. Lancetta.

(j) Ber. conf. 20. n. 3. & seq. vol. 1. Card. de Luc. de Decim. disc. 5. n. 14. Rot. in recent. decif. 497. num. 5. Part. 4. tom. 1. decif. 437. n. 24. part. 18. cor. Anslad. decif. 78. n. 7. & probat decisio, quæ confirmatur 16. Jan. 1731. §. *Et quidem*, cum duabus seqq. cor. bon. mem. de Gamaches.

(k) Ruin. conf. 50. n. 13. & seq. lib. 1. Rot. in recent. decif. 508. n. 1. Part. 1. decif. 79. n. 10. & 11. decif. 262. n. 8. Part. 5. decif. 124. n. 12. Part. 6. cor. Orthobon. decif. 62. n. 11. & seq.

fi ab incolis diversæ Diœcesis possideantur. (f)

13. Neque in hac re alicujus ponderis visa fuit aliâs allegata consuetudo vigens in Diœcesi Turrîtana, quod Oïlenses colentes terrena in circundario Salfaritano, & alia circumvicina ejusdem Diœcesis integre solvant decimas Plebano de *Ossio*, & respective Salfaritani colentes terrena posita in Parochia de *Ossio* integre solvant decimas Plebano Salfaritano; quandoquidem hujusmodi asserta consuetudo, quæ ceteroquin justificata nullatenus dici poterat ex informibus testibus obnoxii exceptionibus ponderatis in Decisione, quæ revidetur §. *Neque pariter*, quatenus etiam pro verificata habenda foret, arcuare ad summum posset Plebanos Diœcesis Turrîtana ad servandam dictam decimarum perceptionem, sed minime allegabilis esset contra Canonicum Pœnitentiarii Ampuriensis, qui, tanquam degens in aliena Diœcesi, ligari nullatenus valet à privata consuetudine Parochorum alterius diœcesis Diœcesis, semperque ratione Territorii exiguitate medietatem controversiarum decimarum, uti annexam Præbendam Pœnitentiariæ; consuetudo quippe nunquam efficax reputatur, nisi probata plene dignoscatur in suis casibus particularibus. (m)

14. Maxime, dum contrariæ probationes adductæ per Parochum Oïlensem vere sunt conciliabiles quoad decimas personales, nunquam prætenfas à Canonico Pœnitentiario, & quæ vere debentur Ecclesiæ, in qua quis recipit Sacramenta, (n) 15. falsis remanentibus decimis prædialibus ex antiquissima observantia, & inconcussis titulis pro medietate debitis Præbendæ Pœnitentiariæ. (o)

16. Hiique ita subsistentibus pro parte Parochi Oïlensis, derelicta qualibet meritorum discussione, frustra hodie promotâ fuit instantia pro subdelegatione Judicis in partibus ad effectum elevandi Mappam super designatione consinium Præbendæ Pœnitentiariæ, ac pro examine aliorum testium: cum enim de quantitate, & comprehensione tenementorum abunde constet ex recensitis sententiis anni MDXXXIV. & MDLXII. nec non ex Catastro

Capituli Ampuriensis. ac depositionibus plurimum testium formiter examinatorum coram Ordinario Turrîtano, ac diuturna observantia, novæ probationes nuper exhibitæ, mediante iterato examine aliorum testium, tanquam de directo contrariæ dictis antiquis sententiis, ac clarissimis documentis, immo ipsius materis jam semel probatis, non erant recipiende: (p) cum in his circumstantiis petitio hujusmodi semper sit suspecta de calumnia. (q)

Et ita, informante Antonio Taras Canonico Pœnitentiario Ecclesiæ Cathedralis Ampuriensis. Parocho vero de *Ossio*, ut supra, dilationem petente, resolutum fuit.

R. P. D. CINCIO.

ROMANA DONATIONIS.

Lunæ 20. Aprilis 1733.

ARGUMENTUM.

Firmatur, donationem ex causa matrimonii non continere vocationem filiorum donatarii, nisi in casu, quo fuissent patris hæredes.

SUMMARIUM.

1 Donatio stipulata à Donatario pro se & hæredibus, non suffragatur filiis qualitate hæreditaria destitutis.

2 Vocatio filiorum donatarii ex propria persona non admittitur, ubi de illis mentio facta non legitur.

3 Et excluditur à stipulatione cantante pro donatario, & hæredibus quibuscumque.

4 Declaratio donationis intelligenda est compatibiliter cum præcedenti instrumento.

5 Ex obligatione alendi filios donatario imposta erui non potest illorum vocatio ad bona donata independenter à patre.

6 Mentio filiorum facta in sola promissione alimentorum, denotat animum donantis illos non includendi ex persona propria in donatione.

Con-

(f) Ad notata per Abbat. in cap. *Quoniam*, n. 1. & 3. de Decim. Valenzuel. conf. 26. n. 5. lib. 1. Monet. de Decim. cap. 7. n. 16. & 17. Rot. cor. Bich. decif. 48. n. 2. cum aliis in Ferrar. *Decimarum*, quoad Traghetum 14. Mart. 1727. §. *Quod vers.* cor. bon. mem. Cortelio.

(m) Gravet. conf. 96. num. 4. Rot. Diversif. decif. 422. n. 20. Part. 1. in recent. decif. 157. n. 3. 1. Part. 6. coram Priol. decif. 379. in fin. coram Emerx Jun. decif. 1206. n. 13. & cor. Emin. Falcon. decif. 6. num. 13. tit. de Stat. exclud. femin.

(n) Ut notat Gutrier. Pract. Quæst. lib. 1. quæst. 27. n. 8. Basil. à Pont. Tract. de Matrimoni. lib. 5. cap. 13.

§. 3. num. 9. Rot. cor. Bich. decif. 48. n. 2. (o) Ad text. in cap. *in presentia*, de Probat. leg. Neque nates, Cod. eod. tit. Rocc. Disp. Jur. cap. 3. n. 48. Rot. cor. Ludovif. decif. 353. n. 2. cor. Emerx Jun. decif. 104. n. 7. & in Civitatis Plebis *Decimarum* 9. Februar. 1722. §. *Quidquam*, cor. bon. mem. Lancetta.

(p) Ex firmatis per Rot. in recent. decif. 9. n. 7. part. 22. decif. 56. n. 10. & leg. part. 15. decif. 224. n. 5. & 382. n. 12. part. 16. cor. bon. mem. Molines decif. 940. n. 9.

(q) Ut ponderat eadem Rot. cor. Emin. Falcon. decif. 6. n. 3. & 4. tit. de Probat. ubi concordantes.

7 Conjectura eo tunc admittitur ad arguendam vocationem filiorum donatarii, quoties in aliqua parte donationis nominati fuerint.

8 Secus, ubi, posthabita eorum nominatione, donatio collata fuit in donatarium, & hæredes quoscumque.

9 Causa matrimonii non immutat indolem donationis transitoria ad hæredes.

10 Donationes hujusmodi correspondere ad dotem exposita favore solius viri revocari non possunt de illius consensu ob præjudicium uxoris & filiorum.

11 Quibus competit jus consequendi alimenta ex fructibus bonorum donatorum, quosque duret matrimonium.

12 Donatio comprehendit vocationem filiorum donatarii ex propria persona, quando dirigitur Titio, & filiis absque mentione qualitatibus hæreditaria.

13 Secus, ubi collata legitur in donatarium stipulantem pro se hæredibus quibuscumque.

14 Onus assumendi cognomen censetur appositum ad solam memoriam nominis familia, non autem gratia conservandi agnationem.

15 Donatario personaliter injunctum illius personam non egreditur.

16 Actus referri debet ad causam veram, & præexistente.

DECISIO XX.

Occasione matrimonii contrahendi inter Magdalenam Diamillam, & Dominicum Paulqua, Francicus pater sponsæ constituit, & assignavit dotem scut. 2500. certo modo solvendam, ac Petrus Paulus de Mattheis intuitu istius matrimonii donavit dicto Dominico ejus ex sorore nepoti summam, & quantitatem doti parent scut. 2500. in tot bonis stabilibus, cum onere dicto Dominico injuncto assumendi cognomen de Mattheis, atque insuper se obligavit alere, ejus vita naturali durante, tum futuros conjuges, tum filios ab eis nascituros, ea conventionem adjecta, quod convivere deberent cum eodem donante, quodque ipse perciperet postea fructus tam dotis, quam bonorum donatorum.

Verum quia, non elapso anno à die contracti matrimonii, ob domesticas dissensiones inter partes exortas, memorati conjuges in jus vocarunt Petrum Paulum ad effectum illum cogendi ad subministrandam alimentorum extra propriam domum, postquam hujusmodi prætenfio fuit à Judice rejecta, stabilita extitit inter easdem partes concordia, in qua Petrus Paulus, præfatis consensu, quod Dominicus ne-

pos una cum uxore & liberis extra ejus domum vivere posset, loco bonorum stabilium in quantitate scut. 2500. ut supra donatorum, assignavit eidem Dominico pro rata scut. 2000. nonnulla loca montium, & residualia scut. 500. solvit in pecunia numerata, exposita per Dominicum quietantia etiam de omni jure, quod aut ipse aut ejus uxor, & filii habere possent adversus donantem.

Ad trinites itaque hujus transactionis, sequuto conjugum discessu è domo Petri Pauli, paulo post, non adhuc facta actuali translatione ad locorum montium pro rata scut. 2000. assignatorum, evenit obitus Dominici, relicto post se Sancte unico filio, qui cum pariter in populari ætate decessisset, Magdalena proinde mater instruxit iudicium coram R. P. D. Furierio tunc Locumtenente Emin. Vicarii contra Petrum Paulum, tam pro solutione dotis, & lucri, quam pro consequitione bonorum donatorum in integra summa scut. 2500. & licet obtinisset favore judicatum, quoad dotem & lucrum, de quibus subinde satisfacta remansit, emissâ per Petrum Paulum declaratione, quod respectu lucri intendebat se relevare super bonis hæreditariis Dominici, & signaret super locis montium in faciem ejusdem Dominici non adhuc translatis, contrariam tamen passâ fuit sententiam quoad bona donata, ex fundamento, quod tenuens Magdalena se declarare hæredem Dominici donatarii, mediante persona sanctis filii, cui ab intestato successerat, sine hac qualitate hæreditaria destituta remanebat actione quidquam petendi vigore donationis; ad quam nonnulli hæredes Dominici aspirare poterant. Interposita autem adversus hujusmodi sententiam per succumbentem appellatione, in vim commissiõnis mihi directæ, dedi dubium: *An constet de credito, & in qua summa sit relaxandum mandatum,* quod, etsi sub diebus V. Dec. MDCCCXXXII. & IX. Feb. proxime elapsi ob paritatem suffragiorum fuerit sine resolutione propositum, hodie tamen, adiectis ad suffragandum quinto, & sexto ex Dominis post consuetum turnum sedentibus, prædiit responsum negativum.

1. Agitur enim de donatione, ad quam devenit Petrus Paulus favore Dominici nepotis stipulantis pro se suisque hæredibus, & successoribus quibuscumque, unde, eo ipso quod Magdalena non intendit agere, uti hæres donatarii, nullum per consequens creditum, nullamque actionem delumere potest ex dicta donatione, in qua solummodo hæredes ipsius donatarii apparent comprehensî. (a)

Quia

(a) Ruin. conf. 122. n. 3. lib. 1. Surd. decif. 322. n. 56. | Rot. decif. 264. n. 17. & 18. part. 1. decif. 390. n. 2.

2. Quin subsistat, quod Sanctes ex persona propria, & independenter à Dominico patre fuerit in donatione vocatus, ac propterea pro intentanda actione contra donantem sufficiat, quod Magdalena sit heres Sanctes ejus filii: nam, si, nec in apoca donationis per Petrum Paulum subscripta, minusque in solemnino instrumento successive celebrato habetur mentio de filiis Dominici donatarii, statim excluditur, quod Sanctes remansit ex persona propria comprehensus. (b)

3. Idque magis confirmat expressa stipulatio facta à donatario pro se, hæredibus, & successoribus quibuscumque, quæ est incomparabilis cum fideicommissaria vocatione filiorum. (c)

4. Nec vocatio filiorum erui valet, vel ex quo Petrus Paulus declaravit facere donationem erga & ad favorem præfati Dominici ejus nepotis, & suorum, &c. vel quia se obligaverit alere in propria domo sponios, eorumque filios, si quidem prædicta declaratio, utpote emissa postquam Petrus Paulus immediate supra in eodem instrumento donaverat Dominico nepoti pro se, suisque hæredibus, & successoribus quibuscumque, non aliter intelligi, & extendi potest, quam ad formam præcedentis stipulationis, nempe, suorumque hæredum, & successorum quoruncumque. (d)

5. Ex obligatione verò alendi filios in propria domo inferri non potest ad illorum vocationem independenter à persona patris quoad bona donata vulgata; (e) 6. imò specialis mentio filiorum facta in promissione alimentorum denotat animum Petri Pauli illos non includendi ex persona propria in donatione, cum fin minus quatenus diversa fuisset ejus voluntas, id facile potuisset exprimere, prout expressit in permissione alimentorum. (f)

7. His itaque positis, nullum fundamentum

constitui poterat in conjecturis per defensores Magdalene cumularis, ad suadendam inclusivam filiorum ex persona propria, nedum quia conjecturæ tunc solum admittuntur, quando in aliqua parte donationis fuit habita mentio filiorum, cum eo casu disputari valeat, an dici debeant vocati, uti condonatarii, seu potius uti hæredes patris, (g) 8. secus vero, quando, prout in hypothesi, posthabita quocumque filiorum mentione, donatio collata fuit in solum patrem stipulantem pro se, & hæredibus quibuscumque, dum in hoc themate perspicuum redditur, filios juxta expressam stipulationem diversimode venire non posse, quam uti hæredes patris, (h) verum etiam, qua examinando propositas conjecturas, illæ nullius sunt momenti.

9. Et sane ad arguendam vocationem filiorum Dominici ex persona propria non urget, quod donatio fuerit expleta intuitu, & contemplatione certi matrimonii, ac respective ad dotem à Francisco Magdalena filie constitutam, causa enim matrimonii immutare non solet indolem, & naturam donationis transitorie ad hæredes, & successores quoscumque, ad instar donationum propter nuptias, quæ olim præstabantur respective ad dotem, ac contemplatione determinati matrimonii, & nihilominus erant transitorie ad hæredes: (i) 10. non obstantem, quod in similibus donationibus factis ex causa certi matrimonii, & respective ad dotem, etsi exposita fuerint favore solius viri, adhuc jus queratur uxori, & filiis, adeo ut in eorum præjudicium cum consensu tantum viri revocari nequeant, (j) 11. quia jus, quod acquiritur uxori & filiis, est solum temporale, & secundarium consistens in uberiori sustentatione, & pinguioribus alimentis constante matrimonio consequendis, quod cessat dissoluto matrimonio, absque eo quod uxor, vel filii possint ad bona viro donata

pi-

pirare, nisi sint illius hæredes. (k)

Prout ne quidem relevat altera conjectura ex eo desumpta, quod Petrus Paulus adoptaverit Dominicum nepotem in filium, eique injunxerit onus assumendi proprium cognomen, ad hoc ut continuaret ejus familiam de Mathais, juxta verba donationis ibi: *E perche desiero, che la mia casa Mattei venga dal detto Dominico donatario continuata, perciò voglio, che il medesimo debba assumere il cognome mio Mattei, col quale debbasi chiamare, e farsi chiamare in ogni occasione, come se fosse mio proprio figlio, conforme tale adesso lo dichiaro, e per tale venga stimato, e reputato, al quale effetto, quando vi si richieda qualche atto di solennità, do, e preste ogni mio consenso.*

12. Quandoquidem, ubi etiam non obstat jurata declaratio à Dominico donatario exarata, quod scilicet Petrus Paulus aliud in mente non habuerit, quam injungere cognominis assumptionem, nunquam autem eundem Dominicum vere adoptare, seu arrogare in filium, nihilominus considerando Petrum Paulum, tanquam patrem Dominici, & respective avum dicti Sanctes, ex hoc inferri non potest, ut prætenditur, quod idem Sanctes fuerit ex persona propria in donatione comprehensus, sub obtentu, quod avus præsumitur diligere, non tam filium, quam nepotes, & per consequens omnes æqualiter ad bona donata vocare, cum id vindicet sibi locum, quatenus donatio apparet facta ab avo Petri, & filiis, vel ad summum, quando acceptata fuit à patre pro se, & filiis absque ulla mentione qualitatibus hereditariæ, (l) 13. numquam vero proccedit, quoties donatio, prout hic, directa fuit in solum filium stipulantem pro se, hæredibus, & successoribus quibuscumque. (m)

14. Absque eo quod ex onere assumendi, & continuandi proprium cognomen per Petrum Paulum Dominico donatario injunctum induci valeat votum conservandi propriam agnationem, quod ad effectum perducere non potuisset, nisi filii ejusdem Dominici fuissent ex propria persona, & per fideicommissariam dif-

positionem vocari, tum quia onus assumendi cognomen censetur appositum ad solam memoriam nominis familiæ donantis, non autem gratia conservandi agnationem: (n) 15. tum quia assumptio, & continuatio cognominis, tanquam personaliter & nominatim injuncta Dominico, illius personam non excederet. (o)

16. Nulliusque tandem roboris detegitur animadversio, quod Petrus Paulus in transactione cum Dominico nepote initia, curaverit absolvi ab omni jure, & prætensione, quam non minus ipse Dominicus, quam ejus uxor, & filii habere potuissent vigore donationis, & sic idem Petrus Paulus agoverit, & admisit, quod filii Dominici erant vocati ex persona propria ad bona donata: quoties enim ex superius firmatis uxor, & filii Dominici aliud non habebant jus in bonis donatis, quam temporale, & secundarium pro splendidiore tractamento, & uberiori sustentatione, durante matrimonio, statim cessat excitata prætensio, cum ad dictum jus temporale, & secundarium referri debeat absolutio, & quietantia nomine uxoris, & filiorum per Dominicum facta, non autem ad titulum prosus insubstantentem vocationis filiorum nomine proprio. (p)

Atque hinc superfluum erat aggredi examen, an Petro Paulo bonificari debeant scut. 547. per ipsum soluta instrumentum transactionis Dominico nepoti in computum summæ donatæ, ac scut. 625. per eundem Petrum Paulum exburata in satisfactionem lucri dotalis Magdalena, animo se relevandi super bonis hereditariis dicti Dominici, & signanter super bonis donatis, quorum bonificationem impugnabat Magdalena, quia scut. 547. ad formam declarationis à dicto Dominico mortis proximo emisse vere per eundem non fuissent recepta, & lucrum dotale esset per Petrum Paulum de proprio solvendum, ex quo se obligaverit restituere dotem, & solvere lucrum, cum hæc omnia discutenda forent, ubi Magdalena, declarando se heredem Dominici donatarii, jus haberet consequendi summam donatam.

Et ita iustitiam ferentibus quinto, & sex-

H to

& seq. part. 18. recent. & ad ornatum, Card. de Luc. de Donat. decif. 2. n. 6. tom. 1.

(b) Alex. conf. 14. n. 3. lib. 1. Soccin. Jun. conf. 79. n. 4. lib. 2. Mantie. de Tacit. lib. 13. tit. 21. n. 20. Rocce. Disput. Jur. select. cap. 106. n. 3. Surd. decif. 322. n. 84. Rot. decif. 264. n. 2. part. 13. recent. decif. 861. n. 7. & 8. cor. Buratt. & ad ornatum Card. de Luc. de Don. dict. decif. 2. n. 3.

(c) Bellon. conf. 118. n. 17. Rot. decif. 703. n. 2. cor. Seraphin. decif. 610. n. 30. cum seqq. cor. Bich. dec. 255. n. 7. cor. Othobon. ad ornatum Card. de Luc. de Donat. decif. 1. n. 15. lib. 7. tom. 1. & decif. 5. n. 7. tit. 7. de Donat. cor. Emin. D. Card. Falcon. tom. 1.

(d) Ad notata per Rot. decif. 239. n. 13. & seq. part. 14. recent. & decif. 433. n. 20. cor. Caprar.

(e) Leg. Papinianus, ff. de Minor. Rot. decif. 9. num. 12. part. 19. recent. decif. 28. n. 38. cor. Priol. & decif. 1170.

n. 2. cor. Emerix Jun.

(f) Argum. text. in leg. unic. §. Sin autem, Cod. de Caduc. tollen. Rot. decif. 454. n. 12. part. 19. tom. 2. recent. decif. 1800. n. 7. cor. Emerix Jun.

(g) Ut colligitur ex Rocce. Disput. Jur. select. cap. 106. n. 40. Card. de Luc. de Donat. disc. 2. n. 4. & Rot. decif. 229. n. 24. & 25. part. 12. recent. & decif. 5. num. 4. tit. 7. de Donat. cor. Emin. D. Card. Falcon. tom. 1.

(h) Rot. decif. 164. n. 11. part. 13. recent. decif. 861. n. 1. & decif. 24. n. 4. cor. Buratt.

(i) Leg. Si liberis, Cod. de Donat. Card. de Luc. de Donat. disc. 1. n. 4. usque ad 10. part. 13. decif. 322. n. 48. Rot. decif. 264. num. 3. & 4. part. 13. recent. decif. 99. n. 3. & decif. 133. n. 13. cor. Othobon. & decif. 433. n. 21. cor. Caprar.

(j) Ex deductis per Rot. decif. 229. n. 2. part. 17. decif. 380. n. 1. part. 14. & decif. 271. n. 19. part. 15. recent.

(k) Roc. Disput. Jur. select. disc. cap. 106. n. 7. & seq. Card. de Luc. de Donat. disc. 1. n. 10. & ad ornatum Card. de Luc. de Donat. decif. 2. n. 3. cum seq. & in Romana Testamenti 22. Mart. 1706. §. Minime relevante, coram clar. mem. Card. Priol. & in Romana Donationis 17. Mart. 1727. §. sive enim, cor. R. P. D. meo Aldrovando Decano.

(l) In quibus terminis loquuntur auctoritates in contrarium laudatæ, & signanter Rot. decif. 229. n. 9. & 27. part. 17. recent. & decif. 496. n. 9. cor. Peutingen.

(m) Quemadmodum explicando auctoritates mox relatas advertit Rot. decif. 433. n. 26. & decif. 481. n. 5. cum

seqq. cor. Caprar.

(n) Calanat. conf. 38. n. 87. Rot. decif. 9. n. 17. & 18. tit. 16. de Fideicom. cor. Emin. D. Card. Falcon. tom. 1.

(o) Soccin. Sen. conf. 259. n. 3. lib. 2. Nat. conf. 678. n. 37. Rot. ad ornatum Card. de Luc. decif. 12. n. 16. & decif. 13. n. 6. & seq. lib. 10. tom. 2. & decif. 7. n. 25. de Fideicom. cor. Emin. D. Cardin. Falcon.

(p) Juxta regulam, de qua Rot. decif. 764. n. 4. & decif. 1167. n. 8. cor. Emerix Jun. in Romana Pecuniaria 1. Decemb. 1701. §. Responsione, cor. bon. mean. Muto, & in Avenion. seu Valonem. Primgeniana super castella Angeli 12. Maii 1702. §. fin. cor. eod.

to resolutum fuit, utraque, &c.

E ADEM CORAM EODEM.

Mercurii 2. Dec. 1733.

A R G U M E N T U M.

Habes in Decisione præcedenti, quæ confirmatur.

S U M M A R I U M.

1 **D**onatio collata in Titium, & heredes non jvat filios qualitate hereditaria destitutos.

2 Præsertim, ubi donationis instrumentum explicite de illis mentionem non facit.

3 Donatio per successivam declarationem extendi non potest ad novas personas.

4 Alimenta relicta filiis donatarii non probant illorum vocationem ex propria persona.

5 Sed potius illam excludunt.

6 Causa matrimonii non alterat indolem donationis transitoria ad heredes quoscumque.

7 Hujusmodi donationes alterari non possunt sine consensu uxoris, & filiorum donatarii.

8 Istorum jus restringitur ad alimenta consequenda, durante matrimonio.

9 Donatio facta Titio, & filiis absque mentione qualitatis hereditaria, vocat filios donatarii ex propria persona.

10 Onus assumendi cognomen donatario personaliter impostum illius personam non egreditur.

11 Correctio instantanea vitanda est.

12 Actus referri debet ad causam veram, & præexistentem.

13 Ad judicem appellationis devolutum dumtaxat dicitur id, à quo est appellatum.

14 Nova actio experiri tantummodo valet in suo congruo, & separato judicio, primo jam terminato.

15 Clausula, quam, & quas in commissione contenta non dat facultatem convolvandi de uno, ad aliud actionum genus.

D E C I S I O X X I.

Dissoluto matrimonio contracto inter Magdalenam Diamillam, & Dominicum Pasqua, per obitum ejusdem Dominici, relicto post se Sancte unico filio, præterdens præfata

Magdalena, uti hæres Sanctes filii in pupillari ætate defuncti, consequi posse summam sc. 2500. quam intuitu dicti matrimonii Petrus Paulus de Matthæis donaverat in tor bonis stabilibus Dominico sponso ejus ex sorore nepoti, in iudicium vocavit Petrum Paulum donantem coram R. P. D. Furiotto, tunc Locumtenente Emin. Vicarii, etiam ad effectum illum cogendi ad solutionem, seu restitutionem dotis, & lucri, ac reportata sententia quoad dotem & lucrum, de quibus filii statim satisfacta, quoad consecutionem bonorum donatorum emanavit iudicatum favore rei conventi ob repugnantiam Magdalene in declarando se hæredem Dominici donatarii mediante persona Sanctes filii: cumque in gradu appellationis per actricem interpositæ in Rota diei XX. Aprilis labentis anni, disputato dubio coram me: *An constet de credito, & in qua summa sit relaxandum mandatum, responsum fuerit, negative, ac adversus Decisionem desuper promulgatam Magdalena noviter audiri obtinuerit, idcirco de more consilii DD. An sit standum, vel recedendum à decisis, prodiitque resolutio pro persistentia in decisis.*

1. Subsistere enim visum fuit fundamentum in Decisione amplexum, quod nimirum donatio, de qua est questio, exarata dignoscitur favore Dominici Pasquæ acceptantis pro se, suisque hereditibus, & successoribus quibuscumque, ideoque, si Magdalena noluit à principio se declarare hæredem Dominici viri, & donatarii, licet Judex primæ instantiæ præxerit solitos terminos ad effectum emittendi hujusmodi declarationem, patens redditur, quod eidem Magdalene nullum jus, nullaque actio competere valeat vigore donationis pro Dominico, ejusque hereditibus stipulata. (a)

2. Abique eo quod suffragetur exceptio, quod Sancte ex propria ipsius persona, & omnino independentem à Dominico patre remanserit in donatione comprehensus, proindeque exuberet, quod Magdalena sit hæres memorati Sanctes ejus filii: quoniam, cum tam ex apoca per Petrum Paulum donantem subscripta, quam ex publico instrumento successivæ in executionem dictæ apocæ celebrato, resulset donationem nullæ expositam ad commodum Dominici, nulla prorsus facta mentione filiorum, ac insuper idem Dominicus præsentem Petro Paulo expresse stipulatus fuerit, & acceptaverit donationem pro se, hereditibus, & successoribus quibuscumque, nullo modo dici potest quod Sanctes vocatus fuerit post patris obitum

(a) Surd. decif. 322. n. 56. Rot. decif. 264. num. 17. part. 13. decif. 681. per tot. & decif. 390. n. 2. part. 18.

recent. & ad ornat. Card. de Luc. de Donat. decif. 2. num. 6.

tum ex persona propria, ut de donatione, in qua non habetur mentio de filiis. (b)

3. Quin ad suadendam vocationem filiorum Dominici nomine proprio vis fieri valeat, vel in eo, quod Petrus Paulus declaraverit in instrumento donationis facere ad favorem præfati Dominici ejus nepotis, & suorum, &c. vel in obligatione per donantem emissâ alienandi in propria domo sponso, eorumque filios: quod enim attinet ad dictam declarationem, denuo animadversum fuit, eam tanquam emissam, postquam Petrus Paulus in eodem instrumento immediate supra irrevocabiliter donaverat Dominico nepoti pro se, suisque hereditibus, & successoribus quibuscumque, diversimode non esse intelligendam, aut extendi posse, quam ad formam præcedentis stipulationis factæ per Dominicum donatarium pro se, suisque hereditibus, & successoribus quibuscumque. (c)

4. Quo vero ad obligationem alienandi sponso, eorumque filios in propria domo, non solum ex ea desumi non potest vocatio filiorum ex persona propria quoad bona donata; (d) 5. led potius excludit eandem vocationem, statim ac Petrus Paulus expressam mentionem faciendi de filiis in promissione alimentorum, de illis rationem non habuit in donatione. (e)

6. Minuque ad intentum conducebant conjecturæ per defensores Magdalene cumulari solitæ; siquidem, quod donatio facta fuerit intuitu certi, & determinati matrimonii, & correspondetive ad dotem similis summæ sc. 2500. à patre sponse promissam, ex hac circumstantia argui non valet, quod filii dominici fuerint contemplati, & vocati in donatione nomine propria, & ratio est, quia causa matrimonii non immutat propriam indolem donationis de sui natura transitoria ad heredes quoscumque, exemplo donationum, quæ olim præstabantur propter nuptias correspondetive ad dotem, ac contemplatione certi matrimonii, & tamen erant transitoria ad heredes. (f)

7. Nullatenus relevante, quod in hujus

modi donationibus, quamvis expositis favore solius viri, jus quaratur uxori, & filiis in modum, ut sine eorum consensu alterari, aut revocari nequeant; (g) 8. dum jus, quod acquiritur uxori, & filiis est solummodo temporale, & secundarium, restrictum nempe ad consentientiam matrimonii, ad hoc ut eo durante, pinguius eidem uxori, & filiis confutur in ubertate alimentorum, & per consequens, dissoluto matrimonio, nec uxor, nec filii consequi possunt bona viro donata, ubi non sint illius hæredes. (h)

9. Irrelevantis similiter detegitur alia conjectura fundata in eo, quod Petrus Paulus in actu donationis adoptaverit in filium Dominicum donatarium, eique injunxerit onus assumendi proprium cognomen, ad effectum continuandi familiam suam de Matthæis: nam præter quod ex solemnibus, & jurata declaratione ejusdem Dominici resultat, quod intentio partium nunquam fuit, quod vere dictus Dominicus adoptari, seu arrogari deberet in filium, sed dumtaxat ipsi inesset onus assumendi cognomen donantis, admisso etiam, quod præfatus Dominicus adoptatus fuisset in filium, non inde sequeretur, quod Sanctes ex dicto Dominico natus comprehensus remaneret ex propria persona in donatione, quam Dominicus acceptavit, & reportavit pro se, hereditibus, & successoribus quibuscumque, eodem modo, quo jure proprio vocatus alteri non posset, quatenus Dominicus pater, & donatarius vere, & secundum naturam fuisset filius Petri Pauli donantis. (i)

10. Frustraque repetebatur, quod ex onere assumendi, & continuandi cognomen donantis Dominico injuncto, resulset votum conservandi agnationem, quod ad effectum perducere non potuisset, quatenus filii ejusdem Dominici non fuissent ex propria persona, & per fideicommissum vocati; in hac enim parte recurrebat responsio, quod assumptio, & continuatio cognominis fuit solum injuncta Domini

H 2 mi-

(b) Roc. Disput. Jur. select. cap. 106. n. 3. Surd. decif. 322. n. 84. Rot. decif. 264. n. 2. part. 13. recent. decif. 861. n. 7. cor. Baratt. & ad ornat. Card. de Luc. de Donat. dict. decif. 2. n. 3. & in terminis stipulationis factæ per donatarium pro se, hereditibus, & successoribus quibuscumque tanquam repugnantis, & incompatibilis cum fideicommissaria vocatione filiorum, Rot. decif. 610. n. 30. cor. Bich. decif. 255. n. 7. cor. Orthobon. & decif. 5. n. 4. de Donat. tit. 7. cor. Emin. D. Card. Falcon.

(c) Ad firmata per Rot. decif. 239. n. 13. part. 14. recent. & decif. 433. n. 10. cor. Caprar.

(d) Leg. Papiatus, ff. de Minoribus, Rot. decif. 28. n. 38. cor. Priol. & decif. 170. n. 2. cor. Emerix Jun.

(e) Ut per text. in leg. unic. §. Sin autem, Cod. de Caduc. tollen. arguant Rot. decif. 454. n. 22. part. 19. tom. 2.

recent. & decif. 1180. n. 7. cor. Emerix Jun. & dictum fuit in decisione causæ 10. April. proxime præteriti, §. Nec vocatio, cor. me.

(f) Leg. Si liberi 18. Cod. de Donat. Card. de Luc. de Donat. dict. 1. à num. 4. usque ad 10. Surd. decif. 322. n. 48. Rot. decif. 264. n. 3. & 9. part. 13. recent.

(g) Ad tradita per Rot. decif. 229. n. 2. part. 12. & decif. 380. n. 1. & 2. part. 14. recent.

(h) Card. de Luc. de Donat. dict. disc. 1. num. 9. & 10. Rota decif. 277. n. 20. part. 15. recent. ad ornat. Card. de Luc. de Donat. decif. 17. n. 10. & decif. 2. n. 3. cum duobus seqq. & in Romana Donationis 17. Mart. 1727. §. Sive enim, cor. Rev. P. D. Aldrov. Alim. Urbis Gubernat.

(i) Ut observat Rot. decif. 433. n. 26. & decif. 481. n. 5. cum seqq. cor. Caprar.

minico, & non filius, unde illius personam non egreditur. (j)

11. Atque ulterius ponderandum se offerebat, quod, ubi donator post Domini obitum vocare voluisset illius filios & descendentes, & in eis conservare propriam agnationem, non direxisset verba donationis in solum Dominicum, multoque minus permisisset, donationem per ipsum acceptari *pro se, heredibus, & successoribus quibuscumque*; ita enim stipulatio incompatibilis cum vocatione fidei-committaria filiorum manifeste indigitat, nunquam fuisse cogitatum de filiis nomine proprio, & independenter à patre successuris, ne alias induceretur instantanea correctio, & contrarietas. (k)

12. In irritum demum cadente animadversione, quod Petrus Paulus admiserit, & agnoverit filios Domini fuisse vocatos ad bona donata ex persona propria, eo ipso quod in transactione cum prefato Dominico inita, praeterito consensu, quod tam ipse, quam uxor, & liberi vivere possent extra propriam domum, ac, assignatis loco bonorum stabiliū donatorum nonnullis locis montium pro rata sc. 2000. & residualibus sc. 500. solutis in pecunia numerata, curaverit absolvi ab omni praesensione, quam, tum dictus Dominicus, tum uxor, ejusque filii habere potuissent vigore donationis, quia hujusmodi quietantia nomine uxoris, & filiorum à Dominico emissā unice referri debet ad jus temporale, & secundarium, quod ex superius firmatis uxori, & filiis competeat in bonis donatis pro uberiori sustentatione, durante matrimonio; non autem ad titulum nullo modo subsistentem vocationis filiorum nomine proprio. (l)

13. Et licet Magdalena probe nolens pondus hujusmodi rationum, mutando seu cumulando novum titulum, agere intendat hereditario nomine Domini donatarii medianre persona Sanctes filii, juxta declarationem nuper emissam; nihilominus tum actio ab initio fuerit intentata titulo hereditario Sanctes, qui praetendebatur nomine proprio in donatione vocatus, & Judex primae instantiae pronuntiaverit solum super actione per Magda-

lenam promotam in figura heredis Sanctes ejus filii, non potest modo in gradu appellationis promoveri diversa, & separata actio hereditario nomine Domini donatarii, ex regula, quod ad Judicem appellationis devolutum dumtaxat dicitur, id a quo est appellatum, (m) 14. adeo ut nonnulli in suo congruo, & separato judicio, post terminatum illud jam introductum, experiri valeat Magdalena propria jura in vim novae actionis, & titulo, quo per prius uti noluit. (n)

15. Quod sane locum sibi vindicat, non obstante clausula: *quam, & quas*, in commissioe contenta, cum hujusmodi clausula nunquam operetur, quod convolari valeat de uno ad aliud actionis genus, vel cumulari possint aliae actiones introductione causae non expressae. (o)

Et ita remissive in reliquis ad decisionem confirmatam, suffragantibus quiato, & sexto, definitum fuit: utraque, &c.

R.P.D. ROUAULT DE CAMACHES.

ROMANA LEGATI.

Mercurii 10. Dec. 1732.

ARGUMENTUM.

Via executiva competit pro legatis in Tribunali A. C. & in S. Rota, quoties Signatura rescriptit cum clausula: *Si quid exequendum*; etiam regulariter imbi praevaluerit opinio Alexandri excludens in legatis viam executivam: conditionis repetitio non admittitur in pluribus legatis relictis personis diversis, non obstante copula, &c.

SUMMARIUM.

1 **E**xponitur, quando in Tribunali S. Rotae admittitur opinio Angeli admittens viam executivam pro legatis, parvipensa contraria opinione Alexandri.

2 Voluntas testatoris aperte manifestata exequi omnino debet.

Le-

(j) Natta conf. 678. n. 37. Rot. ad ornat. Card. de Luc. decil. 13. n. 6. lib. 10. tom. 1. & decil. 7. n. 25. de Fideicom. cor. Emin. D. Card. Falcon.

(k) Ut in proposito notat Rot. dict. decil. 433. n. 20. cor. Caprar.

(l) Rot. decil. 1167. n. 8. cor. Emerix Jun. & in Vafione, Primogenitura super cautela Angeli 12. Maii 1702. §. fin. cor. bon. mem. Mitto.

(m) Bald. in leg. 4. n. 10. verfi. Quere ergo in fin. Cod. de Temp. appellat. Scacc. de Appellat. quafi. 11. cap. 2. lib. 3. art. 5. n. 23. Marf. cote. Var. Reiol. lib. 1. cap. 30.

n. 23. Rot. decil. 235. n. 1. part. 17. recent. & decil. 12. n. 6. tit. 42. de Tuor. cor. Emin. D. Card. Falcon.

(n) Gloss. in leg. Qui jamite, ff. Famil. excausand. Doncl. Comment. Jur. Civil. lib. 23. cap. 5. in fin. Oliban. de Action. §. Si quis aliud, n. 2. patet in fin. Rot. in Viterbien. Immiffionis 16. Jun. 1727. §. Nullumque, cor. R. P. D. meo Calcagnino.

(o) Ut prosequitur Rot. in mox citata Viterbien. Immiffionis 16. Jun. 1727. §. Non tamen, cor. R. P. D. meo Calcagnino.

3 Legata diversa censentur, quoties unumquodlibet à suo proprio, & particulari verbo regitur.

4 Conditio uni legato adjecta, ad aliud non extenditur.

5 Praesertim, stante diversitate legatario-rum.

6 Ratio diversitatis vigens in quolibet legato impedit, ne conditio uni adjecta trahatur ad aliud.

7 Verba in fine dispositionis apposita applicantur illi orationi, cui adjecta leguntur, non verò ad aliam omnino distinctam, & separatam.

8 Fructus legati debentur legatario à die obitus testatoris.

DECISIO XXII.

Joseph Rosini Bononi in ejus ultimo elogio inter cetera ita primo loco disposuit: *Item lascio à Carlo Giuseppe mio nepote filio del quond. Abondio mio fratello per ragione di legato quindici delli miei luogghi de Monti S. Pietro, & alle due nepoti figlie del detto lascio per ragione di legato cinque luogghi delli miei Monti S. Pietro per ciascheduna, & alle altre quattro mie nepoti figlie del quondam Domenico altro mio fratello similmente lascio per ragione di legato altri cinque delli miei luogghi di Monte S. Pietro per ciascheduna da dar'egli, quando pigliar anno stato.* Subinde vero heredes universales, ac proprietarios inquit legnatum, & Franciscum suos pariter ex dicto Dominico nepotes, ac respective fratres praedictarum quatuor sororum.

At quia post obitum Josephi testatoris Regina, & Martha filiae Abundii, & legatariae, neque ipsos fructus rei legatae consequi poterant, ideo illae interpellarunt uique de anno MDCCXXVII. heredes ad solvendum fructus legati à die mortis ejusdem Josephi, & successively judicium instruxerunt coram A. C. Met. qui pronuntiavit sententiam sororibus super radicis favorabilem, decernendo traditionem locorum montium una cum fructibus à die interpellationis.

Habito à succumbentibus recurfu ad Signaturam Justitiae, haec nostro Sacro Auditorio causam commisit cum clausula: *Si quid exequendum*, sed ob non prosequutam appellationem sententia transiit in rem judicatam, un-

de ego, cui commissio reperitur directa, propolui in hodierna Audientia congruum dubium: *An constet de re judicata, seu potius de causis restitutionis in integrum, &c.* & Domini mei mihi responsum dedere, *constare de re judicata.*

Non etenim Patribus Suffragantibus videbatur dubitari posse de existentia rei judicate, dum à die rescripti Signaturae rei conventi, nec infra annum commissioem incaplaverant, nec acta infra annum sublequentem transportaverant, prout ipsi facere tenebantur. (a) Quin crederetur adversus hujusmodi rem judicatam concedi posse praesentiam restitutionem in integrum; nam si eadem res judicata valida, & iusta dignoscebatur, utique cessabat quodcumque motivum lesionis, seu injustitiae, in quibus circumstantiis tantummodo ad reparandum illarum gravamen restitutum in integrum locum sibi poterat vindicare ad jura vulgarissima.

Et sane Domini mei advertebant, quod validitas nequibat impagnari ex ordine intentati judicii exequuti, nam in Tribunali A. C. ut erat notorium, legata via executiva recte petebantur ex ibi recepta opinione Angeli, & in nostro Sacro Tribunali, ubi vigeat opinio Alexandri excludens in legatis viam executivam, de hoc ordine judicario nulla ratio habebatur, quando signatura Justitiae referribens cum clausula: *si quid exequendum*, ordinem in judicando retinendum patefecerat. (b)

2. In eo autem, quod iustitiam respiciebat, de illa satis constare dicebatur ex claris verbis ipsius legati, ibi: *Et alle due mie nepoti figlie del d. Abondio lascio per ragione di legato cinque luogghi delli miei Monti S. Pietro per ciascheduna*; nam omnis iustitiae ratio suadebat, ut haec voluntas testatoris, tam aperte manifestata abique ulla retardatione executioni mandaretur. (c)

3. Minime attenta exceptione desumpta ex illis verbis, *quando pigliar anno stato*, quae praetendebantur facere conditionem & indicare tempus praestandi ipsum legatum, ac propterea operari, ne possent heredes ante tempus praestatum obligari ad illius praestationem: Judicantes namque putabant, quod talia verba non essent referribilia ad legatum, de quo modo agebatur, & quidem moti ex ea ratione, quia scilicet Joseph testator duo fecerat legata inter se distincta & separata, dum unumquodque regebatur à suo proprio, &

pat-

(a) Ex censura text. in cap. Cum sit Romana, de Appellat. & in Auth. Et qui, Cod. de Temp. & reparat. appellat. &c.

(b) Sicuti protestatur in Bononien. Legatarum 15. Marc.

1709. §. ille quod executionem, cor. bon. mem. Molines. (c) Ex firmatis à Rot. in Romana Canonum de Salvatis 9. Decemb. 1707. §. fin. ad med. cor. praefato bon. mem. Molines.